

tua mandata suscepimus, ad nos introrsus recurrentes, respectu tuae pietatis circa sanctam ecclesiam nosmetipsos redarguimus, qui ad id a te invitabamur, ad que^a te invitare deberemus, dico autem nobilitationem ecclesie. Quocirca tanto libentius et solidius tibi obtemperavimus, quanto apostolicum piis votis principum adscentari^b debere scimus. Ergo tuae auctoritati^c nostram, ut voluisti, conferimus et Masciaco monasterio, ut predecessores nostri fecerunt, aeternam immunitatem scripto privilegio concedimus. Praecepimus^d autem, ut tu tuique successores tuitionem tantum eiusdem loci vestram noscatis, nulli mortalium cum^e in mudiburdio^f aut intimatione^g conferre praesumatis nullumque exactorem aut iudicem aut telonearium ibi insistere faciatis, sed monachis^h praemissa libertate omnes redibitiones et consuetudines ipsi possideant, ut quiete et sine penuriaⁱ . . . mercatum et monetam eis concedimus. Nullus regum aut comitum aut episcoporum aut alius aliquis hunc locum inquietare presumat aut quasi regis fultus assensu ex ecclesiis ac possessionibus, quas hodie habet vel est habiturus, sibi aliquid usurpet; meminisse enim debetis, quantum eodem^k loco non ad deceptionem, sed ad tuitionem suscepisti^l. Sed et hoc nostro dono cum nostra voluntate monachis illis concedimus, uti, in cuiuscumque episcopi parochia ecclesias habuerint, abbas et monachi eas immunes possideant. Presbiteros ibi pro sua voluntate abbas constituat nec sinodum^m nec aliquod debitum cuiquam hominum inde solvat, sed et presbiteri ipsi, si quid forisfecerintⁿ aut episcopo aut alicui, per abbatem examinentur et iudicentur, et per nos reconciliatio eorum habeatur. Sed et, si forte episcopi parochias suas excommunicaverint, in illorum ecclesiis divina officia non minus persolvantur, rentis foris laicis, si culpa exegerit. Monasterium autem ipsum virtute Christi passionis, dico autem spinea corona inlustratum, ita nostrae iustitiae reservamus, ut nullius^o episcoporum, excepto duntaxat^p apostolico, hoc excommunicare possit nec presumat, sed, si episcopus adversus ab-

a) que] quod. b) adscentari] adsentari. c) auctoritati] auctori-
tati. d) Praecepimus] Praecipimus. e) cum] eum, nämlich locum.
f) mudiburdio] mundiburdio. g) intimatione] vgl. *Ducange ed. Favre*
IV, 402 s. v. h) monachis — libertate] monachi ex (*auf Grund*) prae-
missa libertate. i) penuria . . .] *Lücke von einem cm. im Ms., etwa*
auszufüllen durch: vivant et. k) eodem loco] eundem locum. l) susce-
pisti] suscepistis. m) sinodum] vgl. *Ducange ed. Favre VII*, 602 s. v.
n) forisfecerint] vgl. *ib. III*, 558 s. v. o) nullius] nullus. p) duntaxat]
dumtaxat.